Vergilius Maro, Publius; Brant, Sebastian [Editor]: Publij Virgilij Maronis Opera: [cum quinque vulgatis commentariis ex politissimisque figuris ...]
Straßburg, 1502 Seite 309r



Hos super aduenit volsca de gente Camilla:
Agmē agens equitū: & florentis ęre cateruas:
Bellatrix: non illa colo calathis ve mineruę
Fœmineas assueta manus: sed prœlia virgo
Dura pati: cursuq; pedum pręuertere ventos.
Illa vel intactæ segetis per summa volaret
Gramina: nec teneras cursu lęsisset aristas.
Vel mare ꝑ mediū fluctu suspensa tumenti
Ferret iter: celeres nec tingeret æquore plātas.
Illam omnis tectis agrisq; effusa iuuentus:
Turbaq; miratur matrū: & prospectat euntē.
Attonitis inhians animis: vt regius ostro
Velet honos leues humeros: vt fibula crinē
Auro internectat: lyciā vt gerat ipa pharetrā:
Et pastoralem pręfixa cuspide myrtum.
Finis Septimi libri.

v Hos supaduenit volsca de gente ca. S. Prudenter post cōpletā cōmemoratione virorū: transit ad fœmias. Ita eni de Troianis legit: q vltimū Amazonū postularit auxiliū: quę res ab Homero ꝑtermissa est. Sane iā ꝑsagiū infœlicitatis futurę: q in ter ipsa principia armāt & fœminę. x Volsca de gen. ca. S. de priuerno volscorū oppido: vt priuerno antiq metabus cū excederet vrbe. C. Camilla. Camillos antiq ministros dixert. y Et florentis ęre cater. S. Enni⁹: & Lucreti⁹ flores. dicunt omne q̄d nitidū est: hoc ē secutus Virgilius: aliter a cyrologia est. Lucretius. Florebat nauib⁹ pontus. z Calathis ve miner. S. Minerua et armoꝝ dea ē: & lanifitii: sed Camilla: aīum ad arma solū cōtulerat. a Cursuq; pedū ꝑuer. ven. S. bene pedum adiecit: ne ꝑ equū ei⁹ gl̄ia minueret: q̄d ei obiicit. Quid tñ egregiū si fœmina forti fidis equo.

b Illa vel intactę. C. Pulcherrimę hypboles q̄s latini suplationes noiant: q̄ q̄uis aptū mēdatiū ꝓferāt. tñ magnum inde fit aut augmētū aut diminutio. c Lęsisset aristas. S. Primas spicę partes: dictas ab eo q prime areścant. d Tingeret' e q̄ re plātas. S. mergeret: vt tingat equos. e Iuuētus: turbaq; miratur. S. iaȝ ornatū eius post arma dictur⁹ ē. Vñ Hysteron Proterō eē voluerunt in rñdendo: vt ornatū matres: viri vero arma mirāt. sed melior sensus est: vt sic dictū ē accipiamus. ea em̄ sex⁹ vterq; mirāt. q̄ sunt posita contra opinionē: vt miretur fœmię arma in mlīere: vt viri ornatū in bellatrice. f Attonitis inhi. ani. S. Stupore q̄dam patefacto ore. g Lyciā vt ge. ip. pha. S. quasi Lyciā. vt legim' Cretenses sagittas. h Pastoralē ꝑfixa ꝛc. S. non hastā myrteā: sed ipsum myrtū. Statius: Lerneam iacit ille trabē.

## P. Virgilij Maronis Argumentum in Octauum Aeneidos librum.

¶ Vidit vt Aeneas summa vi bella parari:
Arcadas: Euandrūq; senem sibi fœdere iūgit:
Dardanioq; duci sociatur hetruria tota.
Arma petit genitrix: dat mulciber: in clipeoq;
Res pingit latias: & fortia facta nepotum.

Vel sic.

Intonat hic bellum tecti de culmine turnus.

Descriptio Octaui libri.

Pręparat octauo bellū: quos mittat in hostis:
Dat belli signum laurenti turnus ab arce.
Mittit & magni venulus diomedis ad vrbē:
Qui petat auxiliū: & doceat quę causa petēdi.
Aeneas diuū monitis adit arcada regem
Euandrū: arcadia profugū noua regna petētē:
Accipit auxiliū: huic natū & socia agmīa iūgit
Euander: pallas fatis comes ibat iniquis.
Iamq; habilis bello: & maternis lęt⁹ in armis:
Fataq; fortunasq; ducum: causasq; suorum
Sortitus clypeo: diuina intentus in arte est.



314
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/vergil1502/0630
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.